

Z c  
5355

Gedichte  
auf den seligen Herrn Cabinets-  
Minister Grafen von Munsterassel  
und dessen Familie.

VII, 41.

V, 4i.

5, 286,

1-5.6.6<sup>a</sup>.6<sup>b</sup>.7-19

P R A E S I D I O · S V O  
C V M · I N · N V P T I I S · R A R I S S I M I  
C A R I S S I M I · Q V E · P I G N O R I S  
F E S T V M · D I E M · V E R E · N A T A L E M  
C E L E B R A R E T  
C H A R I T E S

L I P S I A E .      C I D I O C C X X X I I

*auf die Vermählung des Comest. Steinicke von  
Mantuffel mit der Königl. Preuss. Obristen  
Frau von Holz.*

6a

FRATRIDIO SVO  
CVM IN MARTIS. PARISSIMI  
CARISSIMI QVE. PIGNORIS  
TESTAM DIER. VEST. MATERN  
CARRIERT

CHARLES

FRATRIDIO SVO





*Christ. Professor in Leipzig  
Kupferstecher.*

**I**bimus matri comites Amorum,  
 Ibimus zonis alias solutis;  
 Nunc tuo flores Genio, piumque  
 Far properemus.

Res diu laetas, decus o tuorum,  
Poscimus leni, facili, quieto,  
Et damus, tecum dociles in vnis  
    Viure tectis.

Spernimus pulcram duce te iuuentam,  
Aequa maturis manus. Hora nostros,  
Dum nihil sentit fenii, negabit  
    Soluere nexus.

Gratiam donum ferimus merenti.  
Qualis ad fedes veniat deorum

Rarus, humanos chorus, ecce, visus

Sponte subimus,

Saepe nos virtus nimio labore,

Saepe victuras animus per artes

Quaerit incassum Charites, Iouisque

Flectere natas.

Quippe mortali temerata fraude

Odimus vulgo fora: te reducta

Valle defendit deus: huc forores

Musa vocavit.

Huc Fides, securaque Spes, Sopor que  
Mitis, et confors Iocus huc dearum  
Venit, et Musis Honor: illa nostris  
Digna choreis.



Christ Professor  
zu Leipzig sculpt.



## COROLLARIUM.

**S**i cuius honori ista scribuntur, eius simillimorum eruditus oculis tantum paterent, et aduocatione, et interpretatione nostra carere poterant ea, quae e graphics ingenio et priscis e monumentis vt-cun-que petita, vt certarent cum dictis, eaque velut animata signis redderent, adiecimus. Non autem tam lineas moramur, fortassis neglegentius ductas, atque his, qui alieni sunt ab his artibus, parum placituras nugas, quam sententiam earum. Gratias honestissimae amicitiae praesides deas, nudas quidem, et fucio omni tanquam veste detracta, sed tales tamen fecimus, quales pium officium obituras pepla fumere aequum erat: et has, hoc plane statu, gemmarum quaedam signa nobis tradunt. Vita omnis sine amicitias, sine gratia, acerba est: amicitia sine virtute nulla: virtus ipsa sine Musis, ac sine studiis litterarum, dura atque intoleranda. Vt improbum vicinum, nedum familiarem et amicum, nolim: ita conuictorem quamuis virum bonum, sed insuauem atque inurbanum, omnium que litterarum rudem, quis ferat? Senecam cichara carentem, non magis ego, quam Flaccus, optem. Inde existit, vt fere foli haberi possint in amicis optimi maximi, quibus neque virtus, viris bonis ac fortibus, neque Gratiae et Musae, comibus ac doctis, defunt: tales vno verbo, qualem virum bonum suum Ennius apud Gellium descripsit, se que ipse Scipioni tradidit. Id equidem spectauit, quando cum Gratiis coniunxi maiores deas, Musam et Virtutem. Musam quidem nonnihil carminis in lyra meditantem: Virtutem velut praesidio collocatam: vtriusque imaginem hoc statu gemmarum signis debitam. In amicitias colendis vt litterae, ita flagrantia quaedam artium studia, et conuiuia moderata,

et fabulae conuiuales, ac ioci liberales, inesse debent. Haec si tollas, gratiam omnem ac dulcedinem rebus humanis detraxeris. Contra ista sic emolliunt aegritudinem animi, sic mansuefaciunt ferociam adolescentiae, ut in eo quoque sapientia veterum appareat, quod Iocum infantem deum leonum, ac pantherarum domitorem signis tradiderunt suis. Itaque nos in eo dactyliothecae fere nostrae gemmas obiter, et eorum doctrinam secuti, qui Cupidinibus non amoris modo vim, sed alia quoque iuuenilia rerum honestarum studia adumbrauerunt, Iocum deum Cupidines que, Musicum alterum, atque alterum Bacchicum, satellites Musarum fecimus. Iocus sub maiore, quam pro tantillo capite, persona, sine noxa ludit, velut metum incussurus fratri. Ille pantherae domitae, ac fere ebraiae, secura insidet, vinum que miscet, cyathum ad os canthari futilis admouens. Monstratur hoc signo artium studia in conuiuio, et amicas confabulationes, et vini usum moderatum, frangere ac mitigare animorum feritatem. Cyathus autem ad motus temperantiae indicium facit, quando, qui immodestius bibebant, cyathos expectare non solebant, sed cantharo ipso se ingurgitare. Non est procul, sed tamen absistit, suo sibi studio occupatus, Cupido Musicus. Tibias duplices pueriliter inflat: alas contraxit: arcum detentum ex humero suspendit. Solent litterati atque ingeniosi homines in ipsa mensa, inter conuictorum sermones, aliquid laude dignum seorsim saepe meditari. In quam haec omnia conueniant, non facile alia praesentior domus est, quam illius est, cuius haec honori dantur, neque ipso hac fortuna, his meritis, vir dignior, cui studiorum nostrorum, si quid ea ad posteritatem valerent, aliqua pars dicata cedat.

\* \* \*

pon <sup>7</sup> Zc 5355, 2o

ULB Halle

003 252 566

3



Sb

m.c.





P R A E S I D I O · S V O  
C V M · I N · N V P T I I S · R A R I S S I M I  
C A R I S S I M I · Q V E · P I G N O R I S  
F E S T V M · D I E M · V E R E · N A T A L E M  
C E L E B R A R E T  
C H A R I T E S

L I P S I A E .      C I D I C C X X X I I

*Zufl. zur Vermählung des Comtesse Heintzliche von  
Munster mit dem Königl. Fürstlichen Obristen  
Johann von Goltz.*

*6a*

